

ridie vir quia fervet, in sero senex quia pallet.

*Iste arcum tenet
et sagittam emittit ...*

*Et monstrum cum tribus capitibus
est tempus, quod ab ipso tripliciter
mensuratur.*

De Minerva et eius figura c. 8 fol. 8

Minerva dea sapientie et de cerebro Iovis nata, que Pallas dicta est. Pingebatur a poetis in similitudinem unius domine armate, cuius caput iride circumcinctum erat ... Iuxta se vero habebat olivam viridem pictam et desuper avem, que noctua dicitur, volitantem ... Antiqui posuerunt tres vitas ... primam assignantes sapientibus, secundam divitibus, tertiam carnalibus, et quamlibet istarum vocaverunt deam et cuilibet pinxerunt suam imaginem, ita quod, Minerva fuit prima, Juno secunda, tertia Venus. Dico igitur quod Minerva id est sapientia significat sapientis hominis vitam, que a cerebro Iovis id est ab ipsa mente divina nascitur et desursum a patre luminum derivatur ... Ista igitur dicitur armata, quia ... vir sapiens habere debet multiplicem armaturam virtutum. Debet enim habere scutum fortitudinis et patientie, galeam sobrietatis et temperantie, iridem claritatis et prudentie, olivam pietatis et misericordie, noctuam humilitatis et occultantie, triplicem vestem id est tres virtutes theologicas vel fidem trinitatis et magnificentie divine ...

vir quando fervet, in sero senex quando pallet; et ad istas triformas species omnes etates et qualitates possunt apte reduci. Iste tenet arcum et sagittam emittit etc.

et propter istas tres species Apollo dicitur tria capita habere⁶⁷⁾.

T. Verd(ensis)

Minerva: hec dicitur dea sapientie de cerebro Iovis nata, que et Pallas dicta est. Pingebatur a poetis in similitudinem

domine armate, habens caput yride circumcinctum etc.

et habebat iuxta se olivam viridem pictam et desuper noctuam volantem

et designat tres vitas secundum veteres, unam

sapientum, secundam divitum,

terciam carnalium;

sunt igitur tres dee simul iuncte, videlicet Minerva, Juno et Venus.

Et dicitur: Minerva sapientia,

quia a cerebro Iovis id est ab ipsa mente divina nascitur et desuper a patre luminum derivatur, et armatur multiplici armatura, quae etiam omnis vir sapiens debet armari, scilicet

fortitudine, paciencia, castitate, latitudine, rectitudine, iusticia, sobrietate, temperancia, caritate, prudentia, pietate, humilitate, fide trinitatis et magnificentie divine, que omnia debent esse scutum sapientis.

T. Verd(ensis)

⁶⁷⁾ Hier muß ein Mißverständnis Dietrichs vorliegen: nicht Apollo selbst wird mit drei Köpfen abgebildet, sondern das Monstrum, das er bei sich hat.